



## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

8 Si sis de clero, tu nunquam beltiger esto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

¶ **Vobis** Sic emendatum ex vestris codicibus, & originibus, cum in vulgatis, & his, & infra 2. a. q. 1. quisquis, legentur, nobis. Verum, deiectionem, non est mutata ad gloriam. Nam in vulgatis, & infra cap. citato, & apud Iovinem, & in Originali est projectum.

**C. II.** ¶ *Catholicis non ideo aliena possident, quia ab hereticis ablata tenent.*

Item contra *hereticos Paulianus, lib. 3. cap. 48.*  
 ¶ **S**ic de rebus, vel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis, & Dominatis, querimus, possint & ludari se justos dicere. Minus tamen nobis obijcere: quia locum, in quo impie regerentur, modo Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea, quæ tenebant heretici, secundum preceptum Domini voluntatem catholici tenent? Ad omnes enim similes, id est, ad omnes impios & iniquos illa veritas valet. & [Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam.] An frustra scriptum est: [Labores impiorum iusti edent?] Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliena, quam quod aliquid amissistis. Item cap. 99. Si qua iam periculi possidere coepistis, quia vobis ablata nobis Dominus dedit, non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio, cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & iustitia nostra sunt. Vos enim his utebamini ad præfessionem, nos ad unitatem. Alioquin & primo populo Dei possidem illi obijcere, alienæ rei concupiscimus, qui divina possidemus eorum facie, quia ea terra male utebantur, expulsi sunt, & ipsi ludari, à quibus ablatus est regnum secundum d. verba Domini, & datum est genti facienti iustitiam, possint obijcere alienæ rei concupiscimus: quia ecclesia Christi possidet ea, ubi persecutores Christi regnabant.

**C. III.** ¶ *Rei ecclesiasticæ ab hereticis iniuste possidentur.*

¶ **Q**uod si autem nobis obijciunt, quod res eorum concupiscimus & auferamus, utinam catholici fiant, & non eorum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum & charitate possideant. Vique adeo autem, calumniandi cupiditate cecantur, ut non attendant, quam sint inter se contraria, quæ loquuntur. Ipsi certe dicunt, & invidiosissimi conqueri videntur, quod eos in nostrum communionem violento legum imperio coarctamus. Hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus quærit possessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominantis elatus, desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quædam suos, jam nostros locios, & fructu nobis dilectione conjunctos; quemadmodum ea, quæ tenent, non solum, quæ habebant, sed etiam nostra, quæ non habebant. Quæ tamen, si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt, & illorum. Si b autem parvam, quæ nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum quorum procuratorem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnum vindiçamus. Quidquid ergo nomine ecclesiarum patris Donati possidebatur, Christiani impetratores legibus religiosi cum ipsis ecclesiis ad catholicam transire iusserunt. Cum ergo nobiscum sint plebes eorumdem ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui de ecclesiam possidentibus alebantur, ipsi potius foris possidentur concupiscere aliena, sed intrent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quæ

dicunt sua, verum etiam quæ dicuntur & nostra. Scriptum a est enim: [Omnia vestra: vos autem Christi, Christus autem Dei.]

**C. IV.** ¶ *Qui à corpore Christi præciditur, spiritum iustitie tenere non potest.*

¶ **I**dem in eadem epistola.  
 ¶ **Q**uemadmodum membrum, si præcidatur ab hominis vivi corpore, non potest tenere spiritum vitæ, sic homo, qui præciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest tenere spiritum iustitie, etiam si figuram membri teneat, sicut sumptus in corpore. In b huius ergo compagem corporis veniant, & labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis fordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus: quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum & illis, & nostris in societate catholica utantur, quantum valeamus, inquirimus. ¶ Sed hoc est, inquit, quod nos movet: si iniusti sumus, quare nos queritis? Quibus respondemus, querimus vos iniustos, ne permanetis iniusti: querimus perditos, ut de inventis gaudere possimus, dicentes, Mortuus erat frater, & revixit, perierat, & inventus est. Quare ergo, me, inquit, & non baptizas, ut me abluas à peccatis? Respondeo, quia non facio injuriam characteri Imperatoris, cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te vel poenitentiam non ago? Imò, nisi egeris, false esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas te fuisse perversum? Quid ergo, inquit, apud vos, cum ad vos transimus, accipimus? Respondeo, non quidem accipitis baptismum, qui vobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit: sed accipitis d unitatem spiritus in vinculo pacis (sine qua nemo poterit videre Deum) & charitatem, quæ sicut scriptum est, cooperit multitudinem peccatorum, & supra. ¶ Si autem consideremus, quod scriptum est in libro Sapientie f [Ideo iusti tulerunt spolia impiorum.] Item, quod legitur in proverbis: g [Thesaurizantur autem iustis divitiæ impiorum,] tunc videbimus non esse querendum, qui habebant res hereticorum, sed qui sint in societate iustorum. Item post aliqua.  
 ¶ **S**i corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori Christi thesaurizantur divitiæ impiorum, non debent impii foris remanere, ut calumnientur, sed intrare possunt, ut iustificentur. Item post aliqua.  
 ¶ **I**n b Christi ergo compagem corporis veniant, & labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis fordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus: quando eos ipsos quorum labores dicuntur, ut nobiscum, & illis, & nostris in societate catholica utantur, quantum valeamus, inquirimus.

¶ *Antea citabatur ex epistola ad Vincentium, in qua non habetur.*  
 ¶ *His igitur auctoritatibus liquido monstratur, quod ea, quæ ab hereticis male possidentur, à catholicis iuste auferuntur, nec ideo aliena possidere desunt.*

**QVÆSTIO VIII**

¶ **D**e Episcopi verbis, vel quibuslibet clericis, quod nec sua auctoritate, nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere audeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus Apostolorum à Domino fuerat electus, materiam gladii accepisset, ut magistram à Iudeorum injuria defendere, audiret: i [Convertite gladium tuum in vagina: omnis enim qui gladium accepit, gladio

a 1. Cor. 3. b Matth. 23. sup. e. proximo. c consist. d Epi. 4. e al. lo. præfati. f Epi. lib. 7. tit. 5. Anst. l. 2. cap. 9. g al. fin. h sup. 2. quæst. 5. si privatim. i al. parte. Donat. possident.





perit: ] ac si aperit ei dixerit: habentis tibi, tuus praedecessoribus tuis: Dei gladio corporali licet persequi: deinceps in exemplum patientia gladium tuum, id est, tibi habentis concessum, in reginam convertit: Et tamen in usuale gladium, quod est verbum Dei, in maiestate veteri vita exerce. Omnis enim prater illam, vel auctoritatem eius, qui legitima potestate utitur, qui, ut ait Apostolus a, non sine causa gladium portat, cui etiam omnia anima subdita esse debet, omnis, inquam qui prater auctoritatem huiusmodi gladium accepit, gladio peribit. ¶ Item Ambrosius: b [Arma Episcopi lacryma sua & oratione.] Item illud Apostoli \* [Non vestimentis defendentes charissimis.] quomodo omnibus generaliter dicitur, specialiter tamen praelatus dicitur in religio.

C. I. ¶ De eodem. Unde Ioannes Papa VIII. Angeborge Imperatrici, excusanti Ioannem Episcopum removeri de militia, dicit.

Nimium e certe veretur, & iure formidat contra professionem sui ordinis sacralarem militiam exercere: terram defendere, de praeliis tractare, de armis, tertenas potestatis est.

¶ Hinc capiti & sequenti non est in vulgari praeposuitum nomen Paleae. Vtrumque tamen cum deinceps sequenti Paleae abest a pluribus exemplaribus.

C. II. ¶ De eodem. Item Innocentius Papa.

¶ Vm à Iudaeis, inquit, Dominus caperetur, & Petrus eujusdam inobedientis aurem abscinderet, ferre prohibuit: & forma omnium sacerdotum (quorum prior erat) etiam pro seipso capi arma carnalia prohibuit.

C. III. ¶ De eodem. PALEA. [Item Ambrosius.]

Non à pila quazunt ferrea [Non arma Christi milites. Coactus repurgare non novi: sed dolor, fletus, orationes, lacrymae fuerunt mihi arma adversus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debemus possunt resistere: fugere autem, & relinquere ecclesiam non solum: servum Christi non custodia corporalis, sed Domini providentia seipre conservat.]

¶ Insuper huius capiti, quod constat duobus dimetrii iamibus, non est orationem. Reliqua habentur in libro 5. epistolarum, in oratione contra Aduentum, quomodo hic verba aliqua sunt immutata. Nam apud B. Ambrosium habentur ut infra, ca. c. convenitur. ¶ Quod ergo tur lamini. Hinc etiam de his, qui in bello, avaricia moriuntur, in concilio Triburiensi statutum est.

C. IV. ¶ Pro clerico, qui in bello aut rixa moritur, oratio vel oblatio non offertur.

¶ Vicunque e clericus aut in bello, aut in rixa, aut in gentium ludis mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur, sed in manus iudicis: sepultura tamen non priverit.

C. V. ¶ Gradu amisso tradantur in monasterio clerici voluunt arma sumere.

Item ex concilio Toletano IV. c. 24. de clericis arma ferentibus.

¶ Clerici, qui in quacunque seditione s' arma volentes sumperint, aut sumperunt, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasterium penitentiae r tradantur.

¶ Penitentiae ] Sic legitur apud Anselmum, & in codicibus conciliorum editis, & manuscriptis, quomodo in postteribus editionibus Colonienfis in margine sic ascriptum.

a Rom. 2. b Infr. ca. non pila. \* Rom. 12. c d. Nimitum. d. Poly. 1. 4. m. 15. e. Durh. 1. 2. c. 23. f. 100 p. 6. 6. 301. § al. f. 1100. Anselm. 1. 7. c. 117.

perennitor, quemadmodum antea apud Germanos habitabat.

C. VI. ¶ Proprii gradus amissione militum militaria arma clericis ferantur.

Item ex concilio Meldensi, cap. 37. ¶ Vicunque ex clerico esse videntur, a militia sua vocabulum religiosi motibus, & religiois salute praebeant. Quod si contempserint, tanquam facinorosi canonicos contempiores, & ecclesiae sanctitatem profanatores proprii gradus amissione multentur, quia non possunt simul Deo & saeculo militare.

2 pars. Hu ita respondetur. Sacerdotes proprii munera arripere non debent: sed alios ad arripendum ad opprobrium suum, atq. ad animarum Dei oppugnationem loci formos.

C. VII. ¶ Pro Saracenis Papa jubet populum congregari, & in ad litus maris concurrere.

Unde Leo IV. scribit Ludovico b Angli.

¶ Gitor e cum saepe adversa à Saracenicorum partem perveniant nuncia, quidam in Romanum portum Saracenos clam, furtiveque venturos esse dicebant. Quo nostrum congregari praecipimus populum, ut simul ad litus descendere deceverimus, & expellamus Roma.

¶ Epistola Leonis IV. eo quibus hoc, & dicit frangere sunt accepta, non extant. In octavo autem Pontificatus huiusmodi capitula videtur facere legitur: cum magno agerentur ex Africa ad vastandam Romanam scilicet Mauritania, Mauritania, Amaliphitana, & Castellana navibus Histam usque intra Agarenos pro defensione, sancti Petri, & Romanae Praefecturae. Quorum Praefectus Leo Papa ad se vocatos, etiam multa tractavit. Atque ipse praefatus verba, quae ad praesentem sunt, sunt haec. Quos benigne in palatio laudat, suscipiens causam, pro qua venerat, inquit. Illi autem se ob aliud non venisse testati sunt, nisi ad praesentem legitur exaratum. Quorum pius Apostolicus tractat, verbis, cum magno exercitu, & armorum potentia civitatem Hostiam properavit, omnesque cum quibus suscepit. Illi autem videntes summum Pontificem, omnes oculo clericali ceperunt pedes eius. Summa autem praeful Missam in ecclesia B. Aureae celebravit, omniaque corpus Dominicum tradidit, atque orationem pro percipuum corpus super eos donavit. Deus, cuius intera B. Petrum ambulat in fluctibus, ne interiret, & concede, ut amborum mentis horam. Illorum brachia contra inimicos sanctae tuae ecclesiae valeant, ut de recepto triumpho nomen sanctum in cunctis gentibus appareat gloriosum. Die vero postquam praedictus Pontifex reversus est à non parva civitate, ipsi sceleratorum socii, sive participes, Agarenis] juxta litus maris Hostiensis multis equis, & apparuerunt. Praefati autem homines fugerunt, cientes impetum, omnes superavere orationibus Agalorum, & sancti Praefulsi.

C. VIII. ¶ Utinam sui generis Papa dicitur & praecipuos adjuvat.

Item Leo.

¶ Sic d vos oportet, quod nunquam ad agendum nostros homines sinimus opprimi: sed, si necessitas

a Burchardus libr. 2. cap. 11. f. 100 p. 6. 6. 301. b. cap. 106. c. f. 100 p. 6. 6. 301. d. f. 100 p. 6. 6. 301. e. cap. 11. f. 100 p. 6. 6. 301.











quod verbum in Deum, & motere: nec solum dic ad-  
versus Deum, sed etiam sic adversus Deum. Mandatur  
tandem altaris Dei. Vgemur igitur præceptis regalibus:  
sed confirmamus scripturæ sermonibus, quæ respondent:  
[Quænam & una ex insipientibus locuta es.] *Et in ora-  
tione omnia dicuntur.* Quid ergo turbamini? vo-  
lens nunquam jus b. deservit: coactus repugnare non  
debet, potest dolere, potest flere, potest gemere: ad-  
versus arma milites Gothos quoque lachrymæ meæ  
arma sunt. Talia enim sunt munimenta sacerdotis,  
Aliter nec debet, nec possunt resistere. *Et paulo inferius.*  
¶ Non enim esse securus, quod ecclesie hæreticis mini-  
mè dederetur: ad palatium Imperatoris item libenter,  
si hoc congrueret sacerdotis officio, ut in palatio ma-  
gæ caritatem, quam in ecclesia. Sed in consistorio non  
reus Christus solus esse, sed iudex. Causam fidei a-  
gendam in ecclesia quis abnuat. Si quis confidit, huc  
venit. *Et in eadem epistola ad Marcellinam.* ¶ Allegatur  
Imperatorem licet omnia, ipsius esse universa. Respon-  
dit. Noli te gravare Imperator, ut putes te in ea, quæ  
dimittis, Imperiale aliquod jus habere: noli te ex-  
celsis, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus.  
Scripsit enim. [Quæ Dei, Deo; quæ Cesaris, Cesaris.]  
Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem eccle-  
sia. Publicum tibi munus ius commissum est,  
non sacrum. Iterum dicitur, mandasse Imperato-  
rem, debere & equoniam basilicam habere. Respondi,  
non licet tibi illam habere. Quid tibi cum adultera?  
Adultera est enim, quæ non est legitimo Christi con-  
iugio copulata. *Et in eadem oratione contra Auxentium.*  
¶ Nabuthe sanctum virum, possessorem vineæ suæ sci-  
entia interpellat petitione regia, ut vineam suam da-  
ret, ubi dicitur: succidit vitibus, olus vile ferebat, eumque  
responsum dedit. [Abiit, ut ego Patrum meorum tradam  
hereditatem.] Regem contristatum esse, quod sibi esset  
alienum ius relatione inita negatum: sed muliebri con-  
silio deceptum, morte in agum venisse. Sanctus e-  
nim Nabuthe vires suas vel proprio cruore defendit. Si  
ille vitæ non tradidit suam, nos trademus ecclesiam  
Christi. Quid igitur à me responsum est contumaciter?  
Dicit enim, contentus, abisti à me, ut tradam Christi hæ-  
reditatem. Sille Patrum hereditatem non tradidit,  
ego tradam Christi hereditatem: sed & hoc addidi, ab-  
isti, ut tradam hereditatem Farrum, hoc est, Dionysii,  
qui in exilio causa fidei defunctus est, hereditatem Eu-  
thorgii confessoris, hereditatem Myrodis, atque omni-  
um retro fidelium Episcoporum. Respondi ego, quod  
sacerdotis est. Quod Imperatoris est, faciat Imperator.  
Præter est, ut animam mihi, quam fidem auferat. *Et infra.*  
¶ Tributum Cesaris est, non negatur. Ecclesia Dei est.  
Cesaris ergo non debet adici: quia jus Cesaris esse non  
potest templum Dei. Quod cum Imperatoris honori-  
ficentia dictum nemo potest negare. Quid enim hono-  
rificentia, quam aut Imperator ecclesie filius esse dica-  
tur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia  
dicitur. Imperator enim bonus in terra ecclesiam est, non  
supra ecclesiam. Bonus enim Imperator quærit auxi-  
liam ecclesie, non refutat. *Et supra in eadem oratione.*  
¶ Si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut do-  
mus, aut aurum, aut argentum, id quod mei iuris esset,  
respondeo me libenter offerre: templo Dei nihil posse  
deceperem, nec vendere illud, quod sustinendum, non  
perpetua salutem. Deinde consulete in etiam Im-  
peratori salutem, quia nec mihi expediret tradere, nec illi  
accipere. Accipit enim vocem liberi sacerdotis, si val-  
de illi consilium: recedat à Christi injuria. Hac pie-  
tatem humilitatis sunt, & ut arbitror, plena affectus ejus,  
quem Imperatori debet sacerdos.

¶ *Capitulum hoc collectum est ex variis locis epistolæ ad Marcellinam, & orationis contra Auxentium de basilicis non tradendis, ut suis locis notatum est, indultis prioribus citationibus quæ erant, & infra, atq; ex istis locis multa sunt emendata.*  
1. ¶ Deceptum. In originali fuerit post hoc verbum sequens, Nabuthe vires suas.  
2. ¶ Si de meis. Apertus est hoc locus, quantum licet est originali.

**C. XXII. ¶ De suis exterioribus ecclesia sel-  
vavit tributa.**  
**Item Urbanus Papa.**  
**Tributum & in ore piscis, piscane Petro inventum**  
est: quia de exterioribus suis, quæ palam cunctis ap-  
parent, ecclesia tributum reddit. Non autem totum pi-  
scem iustus esse dare, sed tantum staterem, quin ore eius  
inventus est, quia non ecclesia dari Imperatori, non Pon-  
tifici potest Regibus: sed sanè, ut diximus, quod in ore  
piscis inventur, pro Petro & Domino dari iubetur, quia  
de exterioribus ecclesie, quod constitutum antiquitus est,  
pro pace & quiete, quæ nos tuetur & defendere debent,  
Imperatoribus persolvendum est.

¶ *Pars. Quamvis etiam huiusmodi non videntur Imperia-  
libus exactionibus subsistere. Nec, cum tempore sanæ consti-  
tutionis, & Episcoporum terram sitentem Pharus, atque sub eadem sa-  
ne sua, sacratu curia subiaceret, sacerdotibus b. ita necessaria  
subministratur, ut nec possessionibus, nec libertatibus nocent, Do-  
minus extraneis promittente, sacerdoti in omni gente liberus esse a-  
portere.*

**C. XXIII.**  
**Unde Constantius & Constant e hanc immu-  
nitatem dederunt ecclesia, di-  
centes.**

**In qualibet civitate, in qualibet oppido, vico, castello,**  
municipio, quicumque voto Christiane religionis a-  
munitur eximie, singularisque virtutis omnibus imitave-  
rit securitate perpetua ponatur. Gaudere enim & glo-  
rari ex fide semper volumus, scientes, magis religioni-  
bus, quam officiis, & labore corporis, vel sudore no-  
stram remp. contineri. [Gratianus & quoque, Valenti-  
nianus, & Theodosius decreverunt, dicentes:] Univer-  
sos quos constituit custodes ecclesiarum esse, vel sancto-  
rum locorum, ac religiosi obsequii servare, nullius  
attentationis molestiam sustinere decernimus. [Impe-  
rator Iulianianus f.] Sancimus res ad venerabiles eccle-  
sias, vel xenones, vel monasteria, vel pichotrophia, vel  
brephotrophia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia,  
vel denique aliud tale consortium descendentes ex qua-  
lisque causa, sive in civitate, sive inter vivos, sive mor-  
tuo causa, sive in civitate voluntariis habitis, à lucrati-  
vorum inscriptionibus liberæ esse, & immunes: lege-  
scilicet, quæ super huiusmodi inscriptionibus posita est,  
in aliis quidem personis sum robur obtinente: in parte  
autem ecclesiastica, vel aliarum domuum, quæ huius-  
modi piis consortiis deputatæ sunt, suum vigorem piete-  
tis intuitu mitigante.

**C. XXIV. ¶ De agro ecclesiastico Presbyter non  
cogatur censum persolvere.**  
*Hinc etiam in Parisiensi concilio legitur.*

**Secundum & canonicam auctoritatem & constitu-  
tionem Domini Imperatoris Ludovici de ecclesia-  
stico agro, & manso, & de mancipiis, quæ ipse suis ca-  
piralis i. constituit, vel si quilibet pro loco septu-  
aliquid largitus ecclesie fuerit, de decimis 2. etiam, &  
oblationibus fidelium nullus quemquam Presbytero-  
rum aliquem censum persolvere cogat, nec quicumque**

a Math. 17. b Genes. 47. c Codic. Theodosian. libro 18.  
tit. 2. lib. 16. Anselm. lib. 4. cap. 14. d al. legu. e Iord. 126.  
f Cod. lib. 1. tit. de sacrosanct. eccles. l. 1. §. Burch. lib. 3. cap. 2.  
Ivo p. 696. & c. 121.

a Id. ibid. p. 10. b al. sup. end. non pila.  
c Math. 22. d & legu.



quislibet oramus, vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut redditionem quamcumque exigat temporalem. Quod si fecerit, communionem usque ad satisfactionem privetur, & regia potestate dare cogatur.

*Burchardus de Ivo p. 3. c. 56. simile quiddam casus ex concilio Meldensi, c. 5. verum idem Ivo eadem parte c. 71. hoc idem affert ex concilio Parisiensi, in quo videtur innovatum, quod nunc extat in concilio Meldensi, c. 67.*

1 ¶ Capitulis ] Videtur significari caput proximè sequens, quod est lib. 1. capitularium, c. 91.

2 ¶ De decimis ] In dicto capite 67. concilio Meldensi, & apud Ivoem, c. 77. legitur, neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam Presbytero aliquem censum, &c. Ivo tamen c. 56. habet ut Gratianus.

3 ¶ Dare cogatur ] In concilio 67. hoc emendare legaliter cogatur. Ivo tamen ut Gratianus: Burchardus vero habet tantum usque ad verb. privetur.

C. XXV.

Item ex concilio Vnormacensi, a. c. 50. **S**ancitum est, ut unicuique ecclesie unus mansus tingeret abque ullo servitio attribuat: & Presbyteri in eos constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de arvis, vel de hortis iuxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquid servitium faciant præter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde maioribus & suis debentur servitium impendant.

¶ Abest capitulo a plerisque vestitus exemplaribus, habetur rationem loci indicans.

Hinc datur intelligi, quod de his, qui imperata beneficio, vel à quibuslibet pro beneficio sepultura ecclesie possidet, nullus iuris, nisi Episcopi, tenentur agere. De his vero, quæ à quibuslibet emerit, vel vivorum donationibus acceptis, Principibus consensu debet obsequi, ut & annua eis persolvat tributa, & concessio exercitu cum eis proficiatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.

C. XXVI. ¶ Alique auctoritate Romani Pontificis ad comitatum Episcopi profecti non audeant.

Unde Gelasius Papa Elpidio Episcopo.

**Q**uo à ausu, qua temeritate rescribis, Ravennam te parare profecti, cum canones evidenter præcipiant, nullum omnino Pontificum, nisi nobis ante visis, atque consultis, ad comitatum debere contendere? Quem admodum tibi putas licere, quod non licet: nisi, quod hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum?

1 ¶ Contendere ] In Polycarpo hæc sequuntur. Quod cum longævi vel etate, vel honore Pontificis Pistoriensis, Lucensis & Fesulanus nuper monstrum fecisse; tu qui paucorum dierum fungi sacerdotio videtis, quemadmodum, &c.

C. XXVII. ¶ Abisq; metropolitanis consilio, vel provincialium Episcoporum ad Imperatorem Episcoporum non pergerunt.

Item ex concilio Antiocheno, e. 17.

**S**i quis Episcopus, aut Presbyter, vel omnis omnino, qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium, vel literas eorum Episcoporum, qui sunt in ea provincia, & maxime metropolitani ad Imperatorem perrexerit: hunc abdicari & eicit non solum de communionem debere, sed etiam propria dignitate privare decernimus & tanquam molestum, & im-

a Ext. de censuris, c. sanctum. b Capitul. l. 1. c. 91. Burch. lib. 3. c. 52. Ivo p. 3. c. 53. & p. 16. c. 292. c al. sanctoribus ] vera lectio. d Anf. l. 6. c. 110. Donadedit l. 1. c. 39. Polyc. l. 1. 11. 17. e Et in Aquil. c. 72. f Anf. l. 6. c. 124. Burch. l. 2. c. 177. Ivo p. 3. cap. 266. g abest ab orig.

portunum imperialibus auribus contra ecclesiam constituta.

*Reprehenduntur a. ergo Gallicani Episcopi à Nicæna synodo Apostolica auctoritate contempta potius omnia supra allegata, ut comitatum possint intelligi, non sancti Imperatorum, ut non sibi excusentur, sed ipsorum cum exercitu suo quodammodo abusu Deo commendent. In quo casu quodammodo etiam Sacerdotum cetera loqui videtur: in cuius cetera capite Olym Episcopi intelligitur.*

C. XXVIII. ¶ Qui à religiosis Imperatoribus vocati Episcopi non fuerint, ad comitatum non profectur.

**S**i vobis, fratres charissimi, placeat, decernat Episcopi ad comitatum & accedant, nisi forte ab aliis religiosis Imperatoribus vel invitati, vel vocati sint. Sed quoniam sæpe contingit, ut ad militum ecclesie confugiant, qui injuriam patiantur, & qui vacantes, in exilium, vel in insulas damnantur, non tamquamque sententiam suscipiant: ideo hoc verum est, & sine dubitatione eis impendenda permissam indulgentiam.

*Hoc capitulum ferè isdem verbis habetur in collectione veteri codice canonum, nec longe distat à sententia græci canonum.*

1 ¶ A religiosis Imperatoribus ] Horum loci in Ethone Isidori, & codice canonum legitur, religiosis Imperatoribus, itemque græcè, παρρητικῶν τῶν βασιλέων, & in Cetero βασιλέων ἡμεῶν τῶν ἰστανῶν ἀρχαίων ἡμεῶν βασιλέων.

*Lex ergo prælati ecclesie exemplo beati Gregorii à reatoribus, vel quibuslibet duobus desensorem fidelium. Licet etiam cum beato Leone c. quibuslibet ad sua desensorem adversarii sancta fides spiritaliter adversari, atq; ad non desensorem procedat ascendat quosq; excusare. Episcopi vero ipsorum Episcoporum sua, vel Imperatorum auctoritate imperari debent.*

C. XXIX. ¶ Sacerdotes ubi concesserint preces, ubi iuraverunt indulgentiam promittitur.

Unde in Toletano concilio 4. c. 30. legitur.

**S**ape Principes contra quoslibet iniquitatem peccatoribus negotia sua committunt, ut verò Christo ad ministerium salutis dei sint, ad sententiam Regibus fieri iudices, ubi iuraverunt indulgentiam promittitur, non ubi discernimus sententiam preparatur. Si quis ergo sacerdotum coram homine consultu diffusor in alienis periculis extiterit, reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

C. XXX. ¶ Non debent agitare iudicium paganus, qui sacramenta Domini trahant.

Item ex concilio Toletano, c. 4.

**H**is, à quibus Domini sacramenta traduntur, iudicium sanguinis agitare non licet. Et si contempnere talibus i. excessibus prohibendum est, non indifferet præsumptionis motibus agitari, nisi morte plebendum est, sententia propria iudicium inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quis immemor horum præceptorum, aut in ecclesia

a Sup. ead. reprehensibile. b Anf. l. 6. c. 110. Polyc. l. 1. 11. 17. c & p. 16. c. 292. d Sup. ead. ut prædicitur. e Sup. p. 16. c. 292. f Burch. l. 2. c. 149. Ivo p. 3. cap. 222. g Et quædam sententia h Rab. in panis. c. 30. à ul. vultu excusum prosequendum. c. 201. Ivo part. 3. c. 345.



milis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, contra ordinis honorem privetur, & loco sub perpetuo quoque damnationis excutatur ergafullo religatus. Cui tamen communitio excutatur ex hac vita non est neganda propter Domini misericordiam; qui a non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur, & vivat.

*Contra eos ab his judiciali auctoritate membrorum truncationis, & domorum incendia facere prohibentur.*

**C. XXXI.** *Membra detroncandi, domos incendiendi, ab his judiciali auctoritate excommunicantur.*

*Unde in decretis Eutychiani Papæ.*

**S**i quis membrorum truncationis, aut domorum incendia fecerit, sive e facere iusserit, aut facienti consenserit, quoquoque de his unicuique legaliter, & amabiliter coram Episcopo civitatis, aliisque civibus non emendaverit, ab ecclesia se privatim agnoscat. Si vero post a secundam & tertiam conventionem cuncta, in quibus arguitur, non emendaverit, tanquam ethnicus & publicanus ab omni Christianorum collegio & sequeatur.

*¶ pax. De incendiariis quoque, Innocentius secundus in synodo f. concilio, c. l. generaliter constituit dicens.*

**C. XXXII.** *¶ Domos incendiandi gratia vel odio alienas, excommunicantur.*

**P**elliman supradictus, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur, & interdiximus. *¶* Si quis ergo post hujus nostræ prohibitionis promulgationem malo studio, sive pro odio, sive pro vindictam approposuerit, vel apponi fecerit, aut appositionibus consilium vel auxilium scienter tribuerit, excommunicatur: & si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum caret sepultura, nec absolvatur, nisi prius damno, cui intulit, secundum facultatem suam reddidit, iure se ulterius ignem non apposuerit. Penitentia autem ei datur, ut in Hierosolymis, aut in Hispania: in servitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem Archiepiscopus, vel Episcopus hoc relaxaverit, damnatum interdicat, & per annum ab officio Episcopali abstinere. *¶* Sane Regibus & Principibus faciendæ justitiæ facultatem, consiliis Episcopis & Archiepiscopis, non negamus.

**C. XXXIII.** *¶ Homicida est, qui publicam sin-*

*dem non habens, aliquem occidit, vel detulit.*

*Item Augustinus in libro de civitate Dei.*

**Q**uicunque & percutit malum in eo quod mali sunt, & habet r. causam interfectionis, minister Dei est. Qui vero sine aliqua publica administratione maleficum, facinorosum, & adulterum, perjurum, vel quemlibet criminalem interfecerit, aut truncaverit, vel membris detulit, vel homicidium, iudicabitur, & tanto acrius, quanto non tibi a Deo concessam potestatem abusive usurpare non timuit.

*¶ Prima pars hujus capituli usq. ad vers. Qui vero videtur supra ead. q. qui malis. ex Commentariis B. Hieronymi in Ex-*

*ceptionem, ubi etiam habetur.*

*¶ Et habet causam.] Supra ead. q. qui malis. Et apud B. Hieronymum, & in glossa ordinaria, Panormita, apud Iovannem part. in cap. 10. legitur, habet vala. Exponeatur etiam illa Ex-*

*ceptionis verba. Unde quicunque vas interfectionis habet, sed apud Hieronymum & Iovannem eadem par. c. 171. legitur vi apud Gratianum.*

*¶ 7 pars. De his autem, qui simul hominem vulnerant, quocirca si de homicidio fuerit, qui etiam homicidæ reatione vocatur.*

*¶ a. Ex b. Poly. l. 6. tit. 12. Bur. l. 1. c. 30. p. 17. ca. 20. c. vel.] b. d. Matth. c. 1. c. 114. f. & in*

*cap. 10. p. 17. c. 114. & 171. Rom. l. 6. c. 114. Bur. l. 6. c. al. fide.*

**C. XXXIV.** *¶ Si plures contra unum rixentur, quæ pars quisque eorum fuerit.*

*De hâc statutum est in concilio apud Vermerias.*

**S**i a quatuor aut quinque homines, seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus, mortuus fuerit, quicumque eorum plagam ei imposuit, secundum statuta canonum, ut homicida iudicetur: reliqui autem, qui eum impugnant, volentes eum interficere, similiter poeniteant. Qui vero nec eum impugnant, nec vulnerant, nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum adfuerunt, extra noxam sint.

**CAUSA XXIV.**

*Vidam Episcopus in heresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio privavit; & sententia excommunicationis intulit. Post mortem de heresi accusatus damnatur, & sequaces ejus cum omni familia sua.*

- 1. *Hic primus queritur, an lapsus in heresim post aliquos officio privare, vel sententia intare.*
- 2. *Secundo, an post mortem aliqui possint excommunicari.*
- 3. *Tertio, an pro peccato ab injusta familia sit excommunicanda.*

**QUESTIO I.**

**Q**uod autem ab heretico aliqui deponi, aut excommunicari non possint, facile probatur. Omnis enim hereticus aut jam damnatus heresim sequatur, aut novam confingit. Qui vero heresim damnatam sequitur, ejus damnatione se participem facit.

*Unde cum Achatus ab his synodalibus auctoritate ab Apostolice sedis damnatum quereretur, contra Gelasium scribit, dicens.*

**C. I.** *¶ Qui in tam damnatam heresim labitur, ejus damnationis se participem facit.*

**A**chatus non est factus inventor novi erroris, sed veteris imitator: atque ideo non erat necessarium, ut adversus eum nova sententia prodiret, sed antiqua tantummodo renovaretur. Factus sum itaque executor veteris consuetudinis, non promulgator novi. Quicumque enim in heresim semel damnatam labitur, ejus damnatione seipsum involvit.

*¶ Sententia hujus capituli est eadem cum sententia capituli paulo post sequenti, id est, Achatus. quoniam verba discrepant.*

**C. II.** *¶ Non est retractandum, quod semel synodus statuit contra unamquamque heresim.*

*Item Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ.*

**M**ajores h. nostri divina inspiratione cernentes necessarium præcaverunt, ut quod contra unamquamque heresim coacta semel synodus pro fidei & communionis & veritate catholica atque Apostolica promulgasset, non fineret novis posthæc retractationibus mutari: ne pravus occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta, pulsandi, sed auctore cuiuslibet infania, ac paniter errore damnato, sufficere judicaverunt, ut quisquis aliquando hujus erroris communicator existeret, principali sententia damnationis ejus esset obstrictus. *¶* Sic Sabellium damnavit synodus: nec fuit necesse, ut ejus sectatores postea damnarentur, singulas virium synodos celebrari: sed pro tenore constitutionis antiquæ cunctos, qui vel pravitate illius, vel communionis extirpate participes, un-

a Bur. l. 6. c. 12. Ivo part. 10. c. 172. b Poly. lib. 7. tit. 7. c al. fide.